Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



211

ret et dominus. et corroboratus est. Cum
autem roboratus est. elatum est cor
eius in interitum suum. et neglexit do
minum deum suum. ingressusque tem-
plum domini adolere voluit incensum super
altare thymiamatis. statimque in
gressus post eum azarias sacerdos. et
cum eo sacerdotes domini. lxxx. viri
fortissimi restiterunt regi. atque dixe
runt. Non est tui officii ozia. ut ado
leas incensum domino. sed sacerdotum
domini. hoc facere est filiorum aaron. qui
ascrati sunt ad hunc modum ministerium.
Egredere de sanctuario. ne contempsisse
quita non reputabitur tibi in gloriam
hoc a domino deo. Iratusque est ozias.
et tenens in manu thuribulum. ut a
doleret incensum. minabatur sacerdotibus.
statimque orta est lepra in fronte eius
coram sacerdotibus in domo dei super
altare thymiamatis. Cumque re
spexissent eum azarias pontifex.
et omnes reliqui sacerdotes. inuenerunt
lepram in fronte eius. festinato
eum expulerunt. sed et ipse properauit.
accelerauit egredi. eo quod sensisset illico
plagam domini fuisse. Fuit ergo rex ozias
leprosus usque ad diem mortis suae.
et habitauit in domo separata plenus
lepra. obnoxius et exclusus fuit de do
mo domini. Porro ioathan filius
eius rexit domum regis. et iudica
uit populum terre. Reliqua autem sermonum
ozie. prioris et nouissimorum. scripsit ysa
ias filius amos prophetae. Dormiuit
quoque ozias cum patribus suis. et sepelierunt
eum in agro regalium sepulchrorum.
eo quod esset leprosus. regnauitque ioathan
filius eius pro eo. XXVII.

Septimo quinquagesimo anno erat
ioathan cum regnare cepisset. et xvi. annis regnauit in
hierusalem. Nomen matris eius ierusa
filia sadoch. fecitque quod rectum erat
coram domino. iuxta omnia quae fe
cerat ozias pater eius. excepto quod non
est ingressus templum domini. et adhuc po
pulus delinquebat. Ipse edificauit portam
domus domini excelsam. et in muro
opheli multa aedificauit. Urbes quoque
edificauit in montibus iuda. et in sal
tibus castella. et turres. Ipse pugnauit
contra regem filiorum ammon. et uicit eos.
dederuntque ei filii ammon in tempore illo
centum talenta argenti. et x. milia
choros tritici. ac totidem choros or
dei. hoc et praestiterunt filii ammon. in secundo
anno et tertio. Corroboratus est ioathan.
eo quod direxisset uias suas. coram domino
deo suo. Reliqua autem sermonum ioa
than. et omnes pugnae eius et opera.
scripta sunt in libro regum israel. et
iuda. xxv. annorum erat cum regnare
cepisset. et xvi. annis regnauit in hierusalem.
Dormiuitque ioathan cum patribus
suis. et sepelierunt eum in ciuitate
dauid. et regnauit achaz filius eius
pro eo. XXVIII.

Septimo anno
erat achaz cum regnare ce
pisset. et xvi. annis regnauit
in hierusalem. non fecit rectum in conspectu
domini. sicut dauid pater eius. sed am
bulauit in uiis regum israel. insuper
et statuas fudit baalim. Ipse et igni
adolebat incensum in uallis ben
non. et inclinauit filios suos in ig
ne iuxta ritum gentium. quas in
tercerat dominus in aduentu filiorum
israel. Sacrificabat quoque et thymia
ma succendebat in excelsis et in collibus.
et sub omni ligno frondoso. tradidit
quoque eum dominus deus eius in manu
regis syriae. qui percussit eum. magna
que praeda de eius inuento acceperunt. et
adduxerunt in damascum. manibus
quoque regis israel traditus est. et percussus
plaga grandi. Occidit quoque facee filius
romeliae. de iuda centum. xx. milia
in die uno. omnes uiros bellatores.
eo quod reliquissent dominum deum patris
suorum. Eodem tempore occidit zechri uir
potens ex ephraym. maasiam fi